



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institviones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

XVII. Quomodo deferendum ad infirmos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

*Modus deferendi Viaticum.*

**M**oneas populum, vt cùm Viatum  
cum deferendum est, locum, in  
quo infirmus iacet, emundent, & pro  
suo modulo exornent, mensulamque  
coopertam decenti linteo, effigie  
Christi in cruce pendentis, cereo vno,  
alteroue lucente, vasculo aquæ lustra-  
lis, & altero ad ablutionem oris infir-  
mi, post sumptam sacram hostiam,  
ritè instruant, dum interim infirmus  
se per actus Fidei, Spei, Amoris, des-  
iderii suscipiendo Christum, ad dignam  
denique Communionem per internas,  
aut vocales preces præparat, aut ab  
aliis, si per se non possit, piè disponi-  
tur. Deferes autem indutus ueste  
Clericali, superpelliceo, & stolâ, præ-  
eunte vno saltē ministerio cum lumi-  
ne, & campanulâ, sequentibus aliqui-  
bus è populo, si commodè haberipos-  
sint; quam in rem, vt sint faciles, &  
prom-

prompti, pro concione exhortaberis.  
Modus procedendi is sit, quem requiri-  
rit tanti Sacramenti fides, & dignitas.  
Viati. Quare deferendo solennitatem omnem  
m, in religiosè serua, quam Liber Ritualis  
& pro præscribit, nisi aliud suadeat, & per-  
mittat itineris, aut festinationis vrgens  
figie ratio: si morbus vrget, festina qui-  
dem sed lentè: imò etiam contendere  
celerius, adhibito tamen semper stu-  
dio reuerentiae Sacramenti, & vitan-  
dæ aliorum offensionis. Si locus lon-  
gius distet, si sit arduus, cœnosus, lu-  
bricus, è collo corporali sacram Hostiam  
bursulâ inclusam gestare poten-  
tis, ne aut lasseris nimium ferendo,  
aut ne periculum sit, ut cadens Sa-  
cramento iniuriam inferas: equo etiam  
vii licitum erit, si opus sit, modò is  
non sit indomitus, aut sternax. Si per  
loca periculosa, aut infesta sit ince-  
dendum, ubi hostis aut latè grassatur,  
aut ii, quibuscum habes inimicitias, vi-  
ta tuę insidiantur, neq; armaatos habere  
possis

198 *Institutionum Pastoralium*  
possis, qui te tueantur; clām armage,  
stare potes, quibus vitam tuearis con-  
tra inuasorem: Sanctiūs facies tamen,  
si tu ab armis abstineas: iuuerit po-  
pulum moneri, vt cùm pericula sub-  
sunt tibi, & Sacramento, de die, &  
tempestiuè potiūs vocent, quàm no-  
stu, & tardè: si tamen aut neglexe-  
rint, aut necessitas opinione citius op-  
presserit, ne vocare desistant: te  
quiduis passurum potiūs, quàm vt of-  
ficio desis.

N V M: X V I I .

*Modus conferendi Viatici.*

**C**Æremonias Ritualis exactè obser-  
uabis, quantum temporis, & mor-  
bi ratio patietur. Mox ~~vi~~ testo  
subieris, Christum adorandum infir-  
mo propone, sciscitare, an sumere de-  
sideret, an nihil occurrat, quod de re  
ad conscientiam pertinente, ante sum-  
ptionem tibi dicendum putet: quòd  
si aliquid grauius infirmo occurrat,  
audies,